

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Intentio 1
cum fonte primo

Causa actum poterit decorare,
si aut necessitate subsistat,
aut utilitate uigeat, aut honestate
splendescat, cum affectu mentis tota
ualeat substantia operis colorari.

Causa quoque actum poterit decorare,
si aut necessitate subsistat
aut uigeat utilitate aut honestate
splendescat, cum ex affectu mentis tota
ualeat substantia operis colorari.

Iohannes Sarisberiensis, *Policraticus*, 1,
4 (CCCM 118, K.S.B. Keats-Rohan ed.,
p.40, ll.311-313).

Opus non ex se sed ex causa fit
crimen, nec aliqua uirtutis ostentatione
clarescit cui uoluptas originem prebet.

Opus etenim non ex se sed ex causa fit
crimen. Nec aliqua uirtutis ostentatione
clarescit cui uoluptas originem prebet;
nouerca siquidem uirtutis est.

Crisostomus tractatu de symbolo.

Iohannes Sarisberiensis, *Policraticus*, 1,
4 (CCCM 118, K.S.B. Keats-Rohan ed.,
p.41, ll.328-330).